Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

73

phylippus uerone. rome iunior annis .v.
imperauerunt. inter diuos tamen relati sunt.
Ex quibus iunior phylippus adeo seueri
animi fuit. ut nullo cuiusquam commento ad
ridendum solui potuerit. patremque ludis
secularibus petulantius cachinnantem
uultu auersato notauerit. Post hos de
cius e pannonia inferiore bubalie natus
imperium sumpsit. bellum ciuile quod in gal
lia motum fuerat oppressit. filium suum cesa
rem fecit. rome lauacrum edificauit. cum
biennio imperassent ipse et filius. uterque
in bello barbarico interfecti sunt. Ex quibus
senior gurgite paludis submersus est.
ita ut nec cadauer eius potuerit inueni
ri. digno dampnatus iudicio. qui persecutio
nem in christianos mouens. inter ceteros beatis
simum leuitam et martyrem laurentium extinxit.
Mox imperatores creati sunt gallus hosti
anus et galli filius uolusianus. Sub his
emilianus in mesia res nouas molitus
est. Ad quem obprimendum cum ambo profecti